



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Recompensatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

non est irregularis. *ibid.*

REATVS. vide Peccatum I.

RECONCILIATIO. vide, Ecclesia.

RECOMPENSATIO.

Peccat mortal. occultè accipiens, quod suum est, cum posset commodè per iudicem recuperare: & si non posset, tamen aduertit magnum oriturum scandalum, vel damnum habenti illud in depositum, vel pignus: non tamen tenerur restituere. Nec peccat accipiendo per se, quando cessant hæc damna, aut non potest commodè per alium: dummodò debitum sit liquidum de iustitia, & debitorem moneat, illum sibi iam nihil debere. cap. 17. numer. 113, 114. 135.

Accipiens clàm rem depositam apud Ioannem, pro eo, quod Ioannes debet illi, tenetur reddere, vel manifestare ob excommunicationem latam contra id accipientem, vel scientem. cap. 17. num. 114. 115. 135. De simili excommunic. vide, Excommunicatio. II.

Occultè accipiens, sed iustè, quod suum est, bene potest respondere etiam per iuramentum, se nescire, intelligendo intra se, nesci

nescire aliquem, qui malè acceperit. num.
116.

Regulariter loquendo tertia persona non
debet accipere, etiam occultè, id quod est
debitoris, & non vult restituere, nec com-
modè compelli potest vt restituat. num. 117.
fecus in vxore, vt dicitur. tit. vxor. Qui oc-
cultè accipit, quod dubitat esse suam, te-
netur restituere durante hoc dubio. num.
117.

Recompensatio non habet locum in in-
iuriis verborum. cap. 18. num. 46.

 RELIGIO.

RELIGIO sapè significatur sub nomi-
ne pietatis, atque est pars Iustitiæ an-
nexa. cap. 14. num. 1. 2. est maxima inter vir-
tutes morales. cap. 11. num. 21.

Est autem *virtus inclinans ad honorem &*
cultû Dei, tamquam principij, à quo sumus, &
in quo vivimus: & præcipitur in Scriptura.
cap. 14. num. 1. cap. 11. num. 19. 22.

Falsæ autem religionis quatuor sunt spe-
cies. I. Perniciosus, vel superfluus cultus Dei.
II. Idololatria. III. Diuinitio. IV. cultus
exhibitus creaturæ ad directionē nostram.

Tt 4 Omnes